



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Avdoenvs Ep. 24. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

die, toties noctu fertur flexisse. Cùm deinde orbis XII. viris in totidem provincias cecidisset, subigendis Christo populis, diu collega Philippo fuit; post huius verò triumphum, in Indiam & Armeniam majorem movit. Hic loci ad ejus faciendam continuò malorum dæmonum simulachra obmutuerent, & torqueri se immaniter à BARTHOLOMÆO clamitarunt. Proinde orci larvæ è cive, itemque Regis Polymii filiâ facile abegit. Eam ob rem cùm Rex onustus illi auto gemmis, camelos transmisisset, remissis omnibus, eidem significari iussit, minimè harum rerum mercatorem se agere, sed animarum, quas si cælo intulisset, tum demum lucrum ingens se fecisse existimatum. His igitur Rex permotus non difficulter manus illi dedit, à quo ipsi Dii victos se esse fatebantur, traxitque suo exemplo cum liberis regni bene magnam partem. At Astyages Regis frater nuntium quantum hoc nuntio exacerbatus, pellem vivo detraxit BARTHOLOMÆO, & capite truncavit. Quid ad hæc vos, qui pellem laudè acenti dè habetis, qui aqualiculo fulcitis? necdum gustam ad cæli atria portam creditis! Ex *Bro- Petro de Natal. & Lippelo.*

*Non caret regiâ potestate. qui corpori suo non rationabiliter imperare: verè enim dominator est terra, qui carnem suam regi legibus disciplina. S. Aug. l. de verâ innocentia.*

S. AVDOENVVS EP. 24. Augusti.

**A**Nulum Dagoberti Regis AVDOENVVS curabat, ipse anuli pulcherrima gemma Officium suo tunc se fungi arbitrabatur, si Regem sui commonefecisset, Pauperum pater amantissimus,

judex severissimus carnem nudam cilicio tege-  
 bar, cilicium aureâ veste dissimulabat, hoc san-  
 ctior, quò superior. As paternus inter illum &  
 fratres ita dispensatus, ut omnem pauperes mona-  
 chique acciperent. Ipsi quoque rebus humanis  
 omnibus vale-dixerunt, & vel inter monachos au-  
 lici, uel quod magis mirere, inter aulicos monachi  
 vixerunt. Episcopus Rothomagensis creatus Hi-  
 spanias septem annorum siccitate vexatas lacrymis  
 primò, mox imbre beato recreavit. Monumenta  
 pietatis templa ac cœnobîa plurima reliquit, pro-  
 digiis non rarò adjutus. Ita templum meditantî  
 locum crux per aërem visa rutilare igneaque co-  
 lumna ostendit. Aliàs commercium, quod illi  
 cum celo erat; literæ inde missæ prodiderunt,  
 quibus monebatur, ne D. Marculphi caput à reli-  
 quis ossibus (ut quidem cogitabat) separaret. Sa-  
 xum ingens, quod loco movere multa boum ju-  
 ga non poterant, duabus buculis obsequens ha-  
 buit. Id cum insideret per contemptum muliercu-  
 la, disseludi è suis orbibus oculos suos vidit. Quid,  
 quod laudes AVDOENI ranæ templo vicinæ locu-  
 ta sunt, cum obstrepentes divinis officiis tacere  
 jussu imperio Divi paruerunt? At nostro ævo ra-  
 nas garrulas in ipsum templum videas penetrare.  
 Ex Suario.

*Angusta via, que ducit ad regnum, quisquis ergo  
 honoribus inflatus fuerit, & auri thesauris dilata-  
 tus, tanquam onustum animal transire non poterit.  
 Tam enim angusta est diviti porta celestis, quam  
 est camelo acus foramen. S. Max. serm. de S. Mich.*

